


1503.

Ex Arch. Metr^o Regni.

Legatio ad Conventionem Prussiae
Anno 1503. pro festo Circumcisionis
commissa Breposito Vladislavienii.

75

Quam vestre Dignitati habeant ne-
cessitatem in terris istis Prussiae, ut pro
illa Maiestati Regia consulat, sic uti expe-
dit, et iustitiae et felici statui Maiesta-
tis Regiae et Republicae sui regni non
opus est enarrare, sicut per se Dignita-
tiones vestre, quia omnia negotia pro
quibus consultationes hic Prussiae nuper
fiiebant, propterea quia maiestas Regia
non potuit libere ac personaliter ad ea deli-
berare cum Universis subditis, et istarum
et illarum terrarum non suam finalem
Determinationem, alias vero urgentissimas
Dignitationis vestre, ignorant necessitates
in alijs terris pendentes, pro quibus Maie-
stas Regia cum illis Consiliarijs absque
consiliarijs harum terrarum, neque vult
neque deberet consulere. Itaque necesse
habuit Maiestas sua commoditatem
eam querere sub qua negotijs et necessita-

Sibus


libus tam istarum quam aliarum terra-
rum consuleret, ut ergo Consiliarios ad id ha-
beret universos, instituit ejus maiestas gene-
ralem Dietam Piotrowic pro festo Sancti
Agnetis, et quia ad eam ipsam conventio-
nem aversit Maiestas Regia Magistrum
Prussiae pro quo direxit Dominos Calisien-
sem et Marienburgensem Palatinos, et ve-
nerabilem Dominum Gorski Secretarium
venturi etiam erunt Consiliarij Lithuanij,
venturi Oratores Ducum Saxonie, venturi
aliorum Principum Nuntij, quibus cum
illud etiam de negotijs Prussianis dicendum
erit necessario. Quapropter vestras Dominatio-
nes Maiestas Regia hortatur, ut pro eadem
Generali Piotrowicensi Dieta, Adminus vestrae
Dominationi Domini Episcopi, Domini Pa-
latini et Domini Procuratores veniatis, ha-
bentes mandata ab universis Serenitatis
Regie subditis, ad omnia facienda, ac ad
jura praestanda quae debentur, et
cum honestate, imo absque periculo Repu-
blica et istarum terrarum differre non

potestis

485.

potestis, qui quidem Magister Prusius
tametsi iam se obtulerit veniendū ad Ma:
iestatem Regiam, tamen Dominus Magister
vobis non jurantibus, quod cum dictum sit
secreto, se etiam facile a juramento excu:
saret, pro illis autem rebus, que pendebant
ad responsionem per Nuntium proprium fauē:
dam, hū ipse respondisse, et forsan parum
aliter quam optaveritis nisi sola maiestas
Regia per se voluisset respondere. Cum ergo
apud Maiestatem suam Piotrovia, consti:
tuerim ibi Maiestas sua benignum et gratio:
sum dabit responsum vestris Daminationi:
bus, primum tamen consulens ad ea, que
Piotrovia pro sue Maiestatis et Republice
felici statu proponuntur absolventa. Quapro:
pter Maiestas sua hortatur et requirit
Daminationem vestram ac etiam mandat,
ut vestra Daminatio, ut dixerim Piotrovia
veniant cum mandatis adjurandum, et omnia
faciendum absentium nomine, prout Maie:
stas Regia confidit virtuti fideique ve:
stra, quod aliter non fauent. —

80
[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]